Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



Hec dicit dns ds. Maledictus homo
qui confidit in homine & ponit carnem brachium
suum. & a dno recedit cor eius. Erit enim quasi mirice in
deserto. & non videbit cum venerit bonum. sed habitabit in siccita
te in deserto. in terra salsugines & inhabitabili. Benedictus
vir qui confidit in dno. & erit dns fiducia eius. Et erit
quasi lignum quod transplantatur super aquas. quod ad humorem
mittit radices suas. & non timebit cum venerit estus. & erit
folium eius viride. & in tempore siccitatis non erit sollicitum.
nec aliquando desinet facere fructum. Pravum est cor ho
minis & inscrutabile. quis cognoscet illud. Ego dns scr
tans cor. & probans renes. qui do unicuique iuxta viam &
iuxta fructum adinventionum suarum dicit dns omnipotens.
Illo t. Dixit ihs discipulis suis. Secum. Johannem.
Non possum ego a me ipso facere quicquam. Sicut audio
~~dico~~ iudico. & iudicium meum iustum est. quia non quero vo
luntatem meam. sed voluntatem eius qui misit me. Si ego tes
timonium phibeo de me. testimonium meum non est verum.
Alius est qui testimonium phibet de me. & scio quia ve
rum est testimonium quod phibet de me. Vos misistis ad
iohem. & testimonium phibuit veritati. ego autem non ab ho
mine testimonium accipio. sed hec dico ut vos salvi fiat.
Ille erat lucerna ardens & lucens. vos autem voluistis exul
tare ad horam. in luce eius. Ego autem habeo testimonium
maius iohe. Opera enim que dedit mihi pater ut perficiam ea.
ipsa opera testimonium phibent de me. quia pater me mi
sit. Et qui misit me pater ipse testimonium phibuit de
me. Neque vocem eius umquam audistis. neque speciem eius vidistis.